



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

26 Nobilitas, & potentia considerantur in beneficiorum collationibus, item  
& scientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

opulentos redditus confert, & causam in litteris collationum exprimit, ut Cardinalatus sublimitatem, & honorem de gentiùs valeant sustinere, nobilibus enim viris confert, ut juxta nobilitatis suæ genus se decentius valeant sustentare, Doctoribus dum beneficia confert, laudat litterarum scientiam; & ideo quilibet juxta status, & gradus sui qualitatem, debet de fructibus bonorum ecclesiasticorum sustentari.

<sup>24</sup> Nam ad honorem Cardinalium pertinet, quod à pluribus societur, † quia tanto major quis reputatur, quanto pluribus, & dignioribus servitoribus præest, & cum plures habent redditus, magis invitatur ad assumendos plures in familiam doctos, & venerabiles, quod tendit ad decus Ecclesiæ Romanæ, cap. super specula, de magistr. auth. de defens. civitat.

<sup>25</sup> §. nos igitur. † Hujusmodi verò impensæ, quæ fiunt in famulatu, & ministris, intuitu Ecclesiæ propter honorem inde resultantem, factæ censentur, Philip. Franc. in cap. presenti, §. porro, in 2, not. de off. ord. in 6. & Gomez. super reg. cancell. de impetr. benef. vac. per vir. fa

<sup>26</sup> mil. Card. quest. 6, num. 6. † Nam nobilitatis in collationibus faciendis magna habetur consideratio, cæteris paribus, gloss. in cap. cum adeo, in ver. sufficientem, de rescript. cap. de multa, & ibi in gloss. <sup>28</sup> in ver. litteratos, de preben. & Felin. in eod. cap. cum adeo, num. 6. quia per manus nobilium Ecclesiæ sæpè sustentantur, & augentur, & per manus pauperum clericorum multoties spoliantur, Rom. in sing. 38, incip. verum nobiliu, Gomez. in reg. de anna. poss. quest. 37, num. 2. & Cassan. in catal. glo. mun. par. 8, 31, considerat. Docto-

ratus verò propter litterarum scientiam nobilitati conjungitur, & æquiparatur, dict. cap. de multa, de preben. & Gomez. ead. reg. de anna. quest. 36, numero 3.

<sup>27</sup> Doctores enim † sunt multum honorandi, quia alios erudiunt, & sunt luminosæ candelæ ardentes super candelabrum positæ, per quas universum corpus orbis terrarum, tenebris profugatis, veluti sydus irradiat matutinum, cap. super specula, de magistr. cap. gloriosus Deus, de Reliq. & Vener. Sancti: in 6. Cassan. in eod. catal. glo. mun. par. 10, 24, consid. in princip. Et quilibet juxta generis sui gradus, & ordinis qualitatem, impendere potest redditus, qui sufficiant sibi, & suis, quos secum necessariò debet habere, advenientes recipere, jura Episcopalia persolvere, & hospitalitatem tenere, dicto cap. cum adeo, junctæ gloss. in ver. sufficientem, & ibi Abbas de rescript. Idem Abbas in cap. extirpanda, in princip. de preben. cap. de Monachis, & ibi gloss. in ver. hospitalitatem, & Imol. eod. titul. & Navarr. de redd. eccles. dist. quest. 1, monit. 27, num. 5. sed gradus, & qualitas hoc casu sunt specialiter intelligendi, ut decentem quisque familiam habere, & pro sui, suorum quæ necessariorum advenientium sustentatione eos impendere possit; Non † autem pro canum, accipitrum, & venatorum copia alenda, cum talia piis, & ecclesiasticis viris, præsertim beneficiariis, sint prohibita, etiam si beneficiarii sint ex familia illustrissima: redditus enim beneficii non ad voluptates, venationes, superfluas comestationes, ebrietates, ludos etiam theatrales, aut alias vanitates,